



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Anchargele Panigarola Monial. S. Augustini n. 85

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

I^ES^V Societatem Religionem esse Nazaræam, electam, ac singularem. Sic ille.

84. AB ANTONIO DE SAN ROMAN *In sua Mensa spiritualium ciborum Par.2. Tract.4.cap.1.fin.* Nec tamen (*ait*) id circa quia ex cucullatorum Ordinibus, Heroashos nouem eduxi, in Ordine Clericali desunt, qui sese offerant seligendos, cum oculatus ipse sim testis, esse quamplurimos, præser-tim in Clericorum Regularium Societatis I^ES^V religiosa Fa-milia, qui ut Angeli pacis, licet omnium postremi ad hæc se regna contulerint, inter primos tamen Apostolici laboris mercedem, ac præmia nanciscentur.

*Caius filij
Angeli p^{re}cis sunt.*

*Qui licet
postremi
venerint,
Apostolici
laboris præ-
mia inter
primos nā-
ciscuntur.*

85. AB ARCHANGELA PANIGAROLA; quæ obiit Mediolani ann. 1525. in Cœnobio sanctimonialium S. Marthæ sub re-gula S. Augustini religiosissime militantium. Huic sanctissimæ fæmina constans fama est in eo Monasterio fuisse inter alia diuinitus signifi-catum, Appeteret tempus, quo tempore Ecclesiastica disciplina reformaretur: atque ad eam reformationem laturos auxi-lium Sacerdotes quosdam, quilaboraturi essent in conuer-sione totius mundi, concionibus potissimum habendis tan-quam noui Apostoli, & de Societate I^ES^V nominandi. Hoc diuino monitu mire solata suæ Archangela, decepsit. Ita refertur apud Nigrorum in Comment. Regul. Soc. Tit. Par.3.num.24. & pa-sim alibi apud nos-tros, & exter-ros Au-tore-s.

*Predicta
ab Archan-
gela Pani-
garola,
Societas.*

*Ut que ad
Orbis re-
formatio-
nem
open erat
latura.*

86. * A IOANNE DE RIBERA S. Officij Qualificatore, in Regia Limensi Academiâ Theologæ Primario Professore, Prouinciae suæ Capite, inter omnes huius Occidentis viros celebratissimos fa-cile Princepe, in Censurâ nuncij vniuerso terrarum Orbi acceptissimi, de honorifica Societatis I^ES^V in Rempublicam, & Ditionem Vene-tam reuocatione, & antiquis sedibus, & pristinis honoribus restitu-tione Lima Proregis iussu typis excusâ 22. decemb 1657. Quot la-chrymis (*inquit*) olim Senatus Venetus Societatem I^ES^V ab euñtem prolecutus est, tot iubilis nuper eam redēuntem est amplexatus: quām luctuosus egressus, tam iucundus fuit toti Reipublicæ, totique Societati regressus: imò verò multo iu-

*singulare
gaudium
ob restitu-
tionem so-
cietas in
Venetam
ditionem.*